

EXPOSITIO IN PSALMOS<sup>1</sup>

667 In Ps. XXI, 10. Τάχα γὰρ ὁ ἐκ σπέρματος συλληφθεὶς ἐν τῇ γαστρὶ, πληρωθέντος τοῦ καιροῦ τῆς ἀποτέξεως, ὑπ' αὐτῆς τῆς μήτρας ἐπὶ τὰ ἔξω βάλλεται. Μόνον δὲ τὸν Σωτῆρα ὁ Πατὴρ ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς Παρθένου ἔξασπᾷ, οὐκ ἔξωθεν σπέρματος αὐτῇ καταβληθέντος, ἀλλ' ἔξ αὐτῆς τοῦ θείου τόκου ἔξεσπασμένου.

667 In Ps. XXI, 10. Etenim de semine conceptus in utero, impleto partus tempore, ab ipso utero ad auras emittitur. Solum autem Salvatorem Pater e Virginis utero extrahit, non foris ei immisso semine, sed divino partu inde educto.

## AEGEMONIUS (saec. IV)

ACTA DISPUTATIONIS CUM MANETE HAERESIARCHA<sup>2</sup>

668 XLIX. Sed et amplius adhuc omnibus ostendere cupio, ut agnoscant universi, assertio tua quantum impietatis obtineat. Si enim, secundum quod tu dicens, non est natus, sine dubio nec passus est; pati enim qui natus non est, impossibile est. Quod si non est passus, crucis nomen aufertur. Cruce autem non suscepta, nec Iesus ex mortuis resurrexit. Quod si Iesus ex mortuis non resurrexit, nec aliquis alius resurget. Quod si nullus resurget, nec iudicium erit. Certum est enim, quia si non resurgam, nec \* iudicer. Quod si non iudicium erit, frustra erit observatio mandatorum Dei, nullus abstinentiae locus est: *Manducemus et bibamus, eras enim moriemur.*<sup>3</sup> Haec autem omnia connectis, negans quod de Maria natus est; si enim confessus fueris eum de Maria natum, et passio subsequatur necesse est, et passionem resurrectio, et resurrectionem iudicium, et salva nobis erunt Scripturae praecepta. Non ergo iam vana est quaestio, sed plurima in hoc verbo. Sicut enim omnis lex et pro-

<sup>1</sup> Cf. Bar, II, 93. Vide alios locos Didymo attributos, sub titulo *Incertus Auctor.*

<sup>2</sup> Opus hoc est Aegemonii. Cf. Bar, II, 43; Al, 320.

<sup>3</sup> I Cor. XV, 32.

● PG 29, 764, 772. PG 39, 372, 397, 404, 421, 481, 484, 557, 589, 705, 817, 821, 829, 832, 841, 884, 893, 1077, 1233, 1373, 1464, 1465, 1485, 1496, 1632, 1800, 1814.

● S. SIRICIUS PP († 399), PL 13, 1177, 1178 refert *Epistolam ad Anysum.* Epistola haec est S. Ambrosii.

PG  
39, 1277

PG  
39, 1278

\*1512

phetiae in duobus sermonibus constant, ita etiam nostra omnis spes in beatae Mariae partu suspensa est; et ideo responde mihi ad singula quae te interrogabo. Quomodo abiiciemus tantas et tales Apostoli voces, quae dicunt: *Cum autem fuit Dei voluntas in nobis, misit Filium suum factum ex muliere.*<sup>1</sup> Et iterum: *Pascha nostrum immolatus est Christus.*<sup>2</sup> Et quia *Deus et Dominum suscitavit, et nos cum illo suscitabit per virtutem suam*<sup>3</sup> [...]

Unde arbitror sufficere haec testimonia ad ostensionem iudicij et resurrectionis et passionis, quibus consequenter et pariter ex Maria partus ostenditur. [...] \* Dic mihi illud etiam, o Manichaei; si ais Christum non esse ex Maria natum, sed apparuisse quidem ut hominem, cum homo non esset, praestante hoc et agente virtute quae in ipso est; dic mihi, super quem Spiritus sanctus sicut columba descendit? Quis est etiam, qui baptizatur a Ioanne?

<sup>PG 10, 1515</sup> L. [...]. *Exinanivit semetipsum, formam servi accipiens*<sup>4</sup> dico autem de eo, qui ex Maria factus est homo. Quid enim? Non poteramus et nos multo facilius et latius ista narrare? Sed absit ut a veritate declinemus iota unum, aut unum apicem. Est enim qui de Maria natus est Filius, qui totum hoc quod magnum est voluit perferrre certamen, Iesus. Hic est Christus Dei, qui descendit super eum qui de Maria est. [...] Vox Paterna testatur dicens: *Hic est Filius meus dilectus,*<sup>5</sup> nullus aliis portare praevaluuit, nisi qui ex Maria natus est, super omnes sanctos, Iesus.

### Ps. HEGEMONIUS (saec. IV)

#### ADVERSUS HAERESES

<sup>PLS III, 144</sup> [...] Aliae rursum multae diversae hereses ebullierunt, quae divinitatem Christi negantes tantummodo confitentur humanitatem eius ex Maria. Ex quibus est Cerinthus, Ebion et nunc Fotinus, qui eorum heresim instauravit. [...] Extrema est heresis Apollinaris, quae quot homines habent tot paene sententias. Necdum enim inter eos decretum est, in quae quasi pro certo et statuto blasphemabunt.

<sup>\*145</sup> Alii dicunt nec sensum nec animam \* humanam habuisse dominum

<sup>1</sup> Galat. IV, 4.

<sup>2</sup> I Cor. V, 7.

<sup>3</sup> I Cor. VI, 14.

<sup>4</sup> Philipp. II, 7.

<sup>5</sup> Matth. III, 17.

● PG 10, 1483, 1503, 1508, 1513, 1514.